Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dicens præparabis domino. Dicit tibi magister. Vbi
est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis man-
ducem? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum
et ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixerat illis
et paraverunt pascha. Et cum facta esset hora discum-
bebat et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. De-
sidero desiderauit hoc pascha manducare vobiscum
antequam patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non
manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et
accepto calice. gratias egit et dixit. Accipite et diuidite
inter vos. Dico enim vobis quod non bibam de
generacione vitis donec regnum dei veniat. Et ac-
cepto pane. gratias egit ac fregit et dedit eis dicens.
Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: hoc fa-
cite in meam commemoracionem. Similiter et calicem
postquam cenauit dicens. Hic est calix nouum testa-
mentum in meo sanguine qui pro vobis effundet-
ur. Verumtamen ecce manus tradentis me me-
cum est in mensa. Et quidem filius hominis se-
cundum quod diffinitum est vadit. Verumtamen ve ho-
mini illi per quem tradetur. Et ipsi ceperunt quere-
re inter se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est
autem et contencio inter eos: quis eorum videretur esse
maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominan-
tur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici vocantur.
Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis fiat sicut
minor: et qui precellit est sicut ministrator. Nam quis
maior est qui recumbit aut qui ministrat? nonne
qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut
qui ministrat. Vos autem estis qui permanstistis me-